1615

obligatio



Liekhucki

obligatio

Coram officio et nobis prefectis scabinis Capitaneo Burggrauio Nobili Valentino olim Jonckers Liekhucki Janus nicolai etiam pore existens palam recognouit Quod nobili Valentino et Laurentio Liekhucki et eorum legitimis successoribus summa quarti in nobili ac bonis Liekhucki sitis in castro Duos solidos a die Paraseues ad diem Exaltationis sancte crucis proxime venturi et annuatim deinceps ibidem persolvendos et exhibendos quamdiu predicta summa centum florenorum Renensium durauerit Quam quidem summam centum florenorum Renensium dicti Valentinus et Laurentius Liekhucki fratres eorumque heredes et successores ab omni impedimento et exhibitione quarumcunque personarum quibuscunque modis emergentium et ipsum Janum et suos heredes et successores inde defendere et liberare intercedere placitare soluta per eos et per ipsum Janum et suos heredes et successores inde quarumcunque personarum nomine exhibenda et soluenda Quod si dictus Janus et suos heredes et successores in premissis vel eorum aliquo in parte aliqua forte pereos remissus negligentes aut defectuosos extiterint Quod absit Tunc predicti Valentinus et Laurentius Liekhucki fratres eorumque heredes et successores ipsum Janum et suos heredes et successores ad premissa omnia et singula per districtum Curie Bopardiensis coram quocunque Judice ecclesiastico vel seculari ubicunque locorum fuerit per omnia iura et remedia tam ordinaria quam extraordinaria compellendi et arctandi Renunciando in hac parte omnibus et singulis exceptionibus allegationibus cauillationibus dilationibus appellationibus et remediis quibuscunque se et suos successores ista tangentibus

Sic actum

1615